

Ovid, Metamorphoses VI, 340 - 381

DIE LYKISCHEN BAUERN

Finibus in Lyciae longo dea fessa labore 340
 sidereo siccata sitim collegit ab aestu
 uberaque ebiberant avidi lactantia nati.
 Forte lacum mediocris aquae prospexit in imis
 vallibus: agrestes illic fruticosa legebant
 vimina cum iuncis gratamque paludibus ulvam. 345
 Accessit positoque genu Titania terram
 pressit, ut hauriret gelidos potura liquores.
 Rustica turba vetat. Dea sic affata vetantes:
 „Quid prohibetis aquis? Usus communis aquarum est.
 Nec solem proprium natura nec aera fecit 350
 nec tenues undas: ad publica munera veni.
 Quae tamen ut detis, supplex peto. Non ego nostros
 abluere hic artus lassataque membra parabam,
 sed relevare sitim. Caret os umore loquentis
 et fauces arent vixque est via vocis in illis. 355
 Haustus aquae mihi nectar erit vitamque fatebor
 accepisse simul : vitam dederitis in unda.
 Hi quoque vos moveant, qui nostro bracchia tendunt
 parva sinu“, et casu tendebant bracchia nati.
 Quem non blanda deae potuissent verba movere? 360

Hi tamen orantem perstant prohibere minasque,
ni procul abscedat, conviciaque insuper addunt.
Nec satis est: ipsos etiam pedibusque manuque
turbavere lacus imoque ex gurgite mollem
huc illuc limum saltu movere maligno. 365

Distulit ira sitim. Neque enim iam filia Coei
supplicat indignis nec dicere sustinet ultra
verba minora dea; tollensque ad sidera palmas
„Aeternum stagno“, dixit, „vivatis in isto!“
Eveniunt optata deae: iuvat esse sub undis 370
et modo tota cava submergere membra palude,
nunc proferre caput, summo modo gurgite nare,
saepe super ripam stagni consistere, saepe
in gelidos resilire lacus. Sed nunc quoque turpes
litibus exercent linguas pulsoque pudore, 375
quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere temptant.
Vox quoque iam rauca est, inflataque colla tumescunt,
ipsaque dilatant patulos convicia rictus.
Terga caput tangunt, colla intercepta videntur,
spina viret, venter, pars maxima corporis, albet, 380
limosoque novae saliunt in gurgite ranae.

Übersetzungshilfen

Vers

- 340 dea ist die Göttin Latona, griech.: Leto
 341 sidereus, a, um - „zur Sonne gehörig“, siccare - austrocknen
 342 uber, uberis n. - Mutterbrust, lactare - Milch geben
 343 mediocris, e - gering (groß); imus, a, um - tief (unten)
 345 vimen, viminis n. - Weide(nrute), legere - was ist hier sinnvoll?
 iuncus, i m. - Binse, palus, paludis f. - Sumpf, ulva, ae f. -
 Schilfgras
 346 genu, us n. - Knie; wer ist wohl Titania und warum heißt sie
 so?
 positoque genu - finde einen adäquaten deutschen Ausdruck!
 347 potura - beachte die Form und erkenne ihren Sinn !
 348 affari - ansprechen
 350 aera - Akk.Sg. von aer, aeris m.
 351 tenuis, e - fein
 352 supplex, supplicis - flehentlich
 353 abluere - (rein)waschen, artus, us m. - Körperglied, Gelenk,
 lassare - ermüden, müde machen
 354 relevare - lindern, stillen, carere, eo - entbehren, Mangel haben
 an (+Abl.), umor, umoris m. - Feuchtigkeit
 355 faux, faucis f. - Kehle, arere, eo - trocken sein, (vor Durst)
 lechzen
 356 haustus, us m. - Schluck, fateri, eor - eingestehen
 358 tendere, o - recken, strecken
 359 sinus, us m. - Bausch (des Gewandes), casu - zufällig, gerade
 360 blandus, a, um - schmeichlerisch, gewinnend, einnehmend
 362 ni = nisi, convicium, i n. - Schmähung, in super - obendrein
 364 turbare - trüben, aufwühlen, gurgis, gurgitis m. - tiefes Wasser,
 Grund
 365 limus, i m. - Schlamm, saltus, us m. - Sprung, malignus, a, um -
 boshaft
 366 Coeus, i m. - einer der Titanen, Söhne des Uranos und der Gaia
 367 ultra - noch weiter
 368 dea - verkürzter Abl. comparationis nach dem Komparativ minora,
 palma, ae f. - flache Hand
 369 aeternum - auf ewig, stagnum, i n. - Sumpf, Teich
 370 iuvat (unpers.) - es gefällt, erfreut
 371-74 beachte: modo - nunc - modo - saepe - saepe (- nunc) !
 371 cavus, a, um - hier: tief
 372 nare - schwimmen
 374 resilire - zurückspringen
 375 lis, litis f. - Zank, Streit, lingua, ae f. - Zunge,
 pulsoque pudore - und ohne Scham
 376 quamvis - wenn auch
 377 raucus, a, um - rau, tumescere - anschwellen
 378 dilatate - ausdehnen, patulus, a, um - offen, rictus, us m. -
 Maul
 379 intercipere - hier: wegnehmen
 380 spina, ae f. - Rücken, virere, eo - grün sein, albere, eo -
 weiß sein
 381 limosus, a, um - schlammig